



Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofvrti, 1601

XIII. Ioan. Trit. Abbas Span. Matthæo Herbeno salutem.

urn:nbn:de:0128-1-17336

tales, & communi necessariaeque dissolutioni semper obnoxios, vt omnes fortunæ incur-
sus vna sententia ridentes, neque laudemus secundam, neque aduersam inculemus. Ne-
pe, vt Ciceroni placet, fortunam laudare stultitia, vituperare vero superbia est. Valecon-
stans & sanus. Ex Colonia Agrippina, Principum durante Concilio 8. die mensis Iulij, An-
no Christianorum M. D. V.

XIII.

IOAN. TRIT. ABBAS SPAN. MATTHÆO HERBENO
salutem.

CONGRATVLOR tibi amice, & multipliciter sum gaudius, quod te sacris altari-
bus Domini & saluatoris nostri Iesu Christi tandem aliquando post varias mentis tuae
fluctuantes opiniones ministrum & sacerdotem sacrificulū dicasti. Hæc est via tutior ad
felicitem, si mente & operibus officio conueneris quod subiisti. Dicit enim in Leuitico
scriptura diuina: qui habuerit maculam, panes non offerat Deo suo, nec accedat ad mini-
sterium eius. Si cæcus fuerit, si claudus, si fracto pede vel manu, nō accedat offerre hostias
Domino, nec panes Deo suo. Maculam habet sacerdos, qui terrenis affectionibus inhians,
conscientiæ puritatem vitiorum turpitudine sordidauit. Cæcus est qui propter ignoran-
tiā diuinarum scripturarum lumen intellectus non cōspicit doctrinæ cœlestis, redditurq;
ob id indignus sacerdotali officio, quia penitus est ad instituendā Dei familiam doctrinam
salutaribus inutilis. Cū enim sacerdotis officium sit iuxta prophetæ sententiam, interro-
gatum respondere de lege, ac Domini populo, quia Angelus dicitur eius, annunciare vo-
luntatem, quomodo cōmissos sibi docebit populos, qui totus ipse in tenebris ignorantie
versatur? Sed facile te credimus in lege Domini fieri posse doctum, si studium secularium
literarum, in quibus ad plenum eruditus es, cū amoris desiderio ad sanctarum meditatio-
nē conuerteris scripturarum. Nobilissimo enim flores ingenio, cuius acumine subleuatus
quicquid volueris diuinarum institutionum quam facillime amando comprehendes. Cū-
que spiritualis vitium cæcitatē, q̄ facile quidem potes auxiliante spiritus sancti gratia, euale-
ris, summo opere cauendum tibi est, ne claudicantis opprobrio turpissimo denoteris. Clau-
dus est enim fractoq; pede & manu sacerdos, qui vita & conuersatione ad puritatem Euan-
gelicæ veritatis non ambulat, nec se bonorum sectatorem operum, corā ouibus sibi com-
missis exhibere curat. Contra quem in Exodo legitur: *Sacerdotes qui accedunt ad Dominum
sanctificentur, ne forte percussam eos.* Iterumq; scriptura sacerdotibus præcipit diem: *Munda-
mini qui fertis vasa domini.* Duplici enim doctrina debent esse ornati sacerdotes Domini,
operis videlicet, rectitudinis, & verbi sacre prædicationis, vt bonum q̄ subditis suis eligendū
prædicant, iniquis operationibus non corrumpant. Sane doctrina veritatis semper quidē
vtilis est populo Dei siue bene viuat is qui docet siue male, in sacerdote tamen sine bonæ
conuersationis exemplo non sufficit, utpote qui bonum quod prædicando commissis si-
bi populis vtiliter proposuit, male viuendo infructuosum fecit. Propterea nemo, sicut Au-
gustino placet) amplius in Dei nocet Ecclesia, quam is qui peruersè agens nomen & ordi-
nem affectus est sacerdotis. Delinquentem namque hunc redarguere nullus præsumit
subditorum, & in exemplum culpa vehementius trahitur, quando vitiosus pro reuerentia
ordinis honoratur. Cū ergo ruina populi sint sacerdotes mali, magna nobis cautela pro-
uidendum est, ne quis nostro scandalizatus exemplo in foveam decidat nostri occasione
delinquendi. Non te multitudo similium excusabit peccantem, sed fuge potius exempla
multorum, non pure ad institutionem sacerdotalem conuersantium: quoniam stultissi-
ma consolatio est, cum pluribus velle perire, & non magis saluari cum paucis. Multi enim
sacerdotes, vt Chrysostomus ait, & pauci sacerdotes. Multi quidem in nomine, & pauci
valde in operatione. Videte ergo quomodo sedeatis super cathedram, quia cathedra non
facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram. Non locus sanctificat hominem, sed homo lo-
cum. Qui bene sederit super cathedram honorem accipit ab illa, qui male sederit iniuriā
facit cathedra. In iudicio sedes, siquidem bene vixeris & bene docueris, omnium iudex e-
ris. Si autem bene docueris & male vixeris, tui solius iudex te solum condemnabis. Nam
bene viuendo & bene docendo, & populum quomodo recte debeat viuere instruis, & q̄
minister sis Domini fidelis ab ipso remunerandus ostendis. Si autem bene vitius & populū
tibi commissum non bene doces, peccasti, quia populum non instituendo perdis, quo
pereunte culpa tua, quomodo sacerdos sine populo saluaberis? Cū vero male viuēs be-
ne doces, formam Deo præseribis, quomodo te debeat condemnare? Quocirca te hortor,
Herbene frater charissime, cura quam diligenter, quatenus utroq; valeas ornari decore,
quo

Opera
Historia

obnoxios, vt omnes fortunæ in
m, neque aduersa mi inculcatis. Ne
uperare vero superbia est. Valcon
ante Concilio s. die mensis Julij An

THEO HERBENO

um ganifus, quod te sacris altibus
aliquando post varias mentis
ficulum dicasti. Hæc est via tuor ad
uod sabiuisti. Dicit enim in Leticio
Ferat Deo suo, nec accedat ad min
rel manu, nō accedat offerre hostias
s, qui terrenis affectionibus inuolu
uit. Cæcus est qui propter ignoran
Spicit doctrinæ celestis, reddatur
instituenti Dei familiam docentis
iuxta prophetæ sententiam, interro
angelus dicitur eius, annunciate vo
qui totus ipse in tenebris ignorantie
posse doctum, si studium secularium
desiderio ad sanctorum meditatio
s ingenio, cuius acumine subleuatur
cilime amando comprehendat. Cæ
xiliane spiritus sancti gratia, cuius
robrior turpissimo denotetur. Que
conuersatione ad puritatem Lau
rem operum, corā ouibus sit com
: Sacerdotes qui accedant ad Dominum
cerdotibus præcipit dicit: Mand
te esse ornati sacerdotes Domini
vt bonum q̄ subditis suis eligant
ane doctrina veritatis semper quæ
male, in sacerdote tamen sine bona
um quod prædicando commisit
um fecit. Propterea nemo, licet de
qui peruersè agens nomen de
hunc redarguere nullas præmit
itur, quando vitiosus procerentia
otes mali, magna nobis caute
soneam decidat nostri occasio
eccantem, sed fuge potius exempl
conuersantium: quoniam multu
ngis saluari cum paucis. Multu
Multi quidem in nomine, apoca
per cathedram, quia cathedra non
sanctificat hominem, sed homo ob
ipit ab illa, qui male sedent in
& bene docueris, omnium in de
dex te solum condemnabis. Non
lo recte debeat viuere in illis. Ap
ndis. Si autem bene viuisti & popu
ulum non instituyendo perdis, quo
luaberis? Cum vero male viuisti
condemnare? Quocirca te docere
atenus vtroq; valcas ornate docere.

IOANNIS TRITHEMII

quo & bene doceas populum, & recte viuendo non condemnes. Tres in primis mortales
sacerdotum aduersarios, quibus hodie pereunt multi, continuo certamine indicto relu
ctari quam viriliter cura, quibus deuictis omnem malorum turbam impugnantem fac
le superabis. Sunt autem tria sacerdotum vitia, quibus rapti complures ad inferos prola
buntur, auaritia, superbia atque luxuria, τὴν ἰσχυρὰν καὶ τὴν εἰς, Felix ille sacerdos, qui hoc tem
pore inuictum se ab his demonibus custodierit, & in via sacerdotum publica non ambu
lauerit. Beifelio nostro communi scripsimus amico de his quæ circa nos aguntur, quorum
ne sis ignarus, exemplat tibi literarum, quas ad eum dedimus his introclusum transmitti
mus. Rogamus autem vt nobis translationem nostram mysticæ theologiæ Dionysii cum
10 græco exemplari, quam tibi ante biennium, cum nobiscum esses in Spanheim commo
dauius, remittas. Vale, Ex Colonia octauo die Iulij, 1505.

XV.

IOAN. TRIT. ABBAS SPANH. IOANNI
Capellerio mathematico S.

SEXTA die mensis huius veni ad Coloniam cum Serenissimo principe Ioachim Mar
chione Brandeburgensium, quod te latere diutius non volui, eo quod veteris amicitie
iura semper inuolata custodieris. Rogamus ergo vt quamprimum ad nos venias. Musis
20 comitatus & lyra, quoniam & locus nobis est oportunus, & tempus ad philosophandum
nostrumque institutum prosequendum satis admodum copiosum. Non operiaris sexti
lem Saturni melancholizantis, qui eo die quo nos Agrippinam intrauimus non satis fau
ste præterit, sinistri pedis nobis tumore inflato. Quam diu simus hic mansuri, nobis in
certum est, propterea moras deprimere, & veni quantotius, quia multus ad te nobis ser
mo se ingerit proferendus. Vale. Colonia ex hospicio nostro quod est in platea quam po
toplateam * vocant, quoniam vere potatoribus abundat. Marchionis ad valuas insignia * Potasti
considerans minime aberrabis. Octaua die mensis Iulij, Anno Christianorum, M.D.V.

XVI.

IOAN. TRIT. AB. SPANHEMENSIS, IACOBO KTMOLANO
Carmelitarum ordinis amico, S.

CVM ante paucos dies Coloniam nauigio venissem, audiui te istic in tui ordinis esse
conuentu, de quo subdubitanem me certiore hodie reddidit Iacobus noster de
Maseck medicinæ Doctor, à nobis ad prandium inuitatus. Mox epulis de mensa remotis
calamum postulauit & chartam, tibi que literas scripsi quas mitto, non valens differre vlte
rius tui desiderium. Volumus itaque & precamur obnixius, vt crastino mane ad nos ve
nias nobiscum pransurus, totumque diem concessurus disputationibus nostris, Aderit
nemo qui nos impediatur: solus sum enim cū familiaribus meis, & vnico Marchionis Bran
40 deburgensis necessario mathematico, homine sane perquam humano. Nihil te moretur
quin venias. Hospitium huius famuli mei relatione agnosces. Vale. Ex ipsa domo mansio
nis nostræ in Colonia hodie nona die mensis Iulij, Anno Christianorum 1505.

XVII.

IOAN. TRIT. AB. SPANHEM. OPT. PATRI ET AMICO GER
laco de Breibach monasterii Tuitiensis Abbati salutem.

QVÆ mihi fortuna, ne dicam hominum peruersa temeritas fabricauerit aduersa, te
penitus latere non potest. In omnem quippe terram fama diuulgata est, Tritemium
abbatem extra suum conuersari cenobium, quanquam non omnibus æque nota sit cau
50 sa, sed multi varios hinc minime veros circumferunt in vulgo rumores. Cum ergo non
procul constituti simus ab inuicem, tu quidem in Tuitio sanctissimo illo cenobio tuo,
ego vero Colonia in hospicio mihi à principe, cuius occasione adueni, disposito, quate
nus te faciã de rebus nostris certiore, ad me crastino venias, pransurus nobiscum de mensa
Serenissimi principis Ioachimi Brandenburgensium Marchionis, cuius munificentiã sumus
copiose prouisi, epulaturus. Ego quidẽ ad te venire duplici occasione prohibeor: altera rati
one memorati principis, cui deesse nō possũ: altera propter sinistri cruris pedisq; inflationẽ,
quæ mihi omnẽ discurrendi facultatẽ interdicit. In descensu meo per Renũ nauigio, quinq;
pp 4 apud